



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 33. Altera adversus S. Chrysostomum Conspiratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

§. XXXIII.

Sæculum V.

A.C. 403.

*Altera adversus S. Chrysostomum
conspiratio.*

Sancti Joanni Chrysostomo post reditum
vix per Menses duos quieto esse licuit,
cum Constantinopoli Statua Eudoxiæ Im-
peratricis honoribus erecta est. Stabat
ea argentea in Columna ex Lapide Por-
phyrite editissimæ Basi imposita. Locum
elegerant aream inter Palatium, in quo
Senatus congregabatur, & S. Sophiæ Ec-
clesiam ex latere adverso sitam; media
erat dicta area, & platea transversa. Po-
sita est hæc Statua, Theodosio Juniore,
& Rumoride Consulibus, id est, anno 403.
& verisimiliter Mense Septembri, ad pri-
mæ Indictionis initium. In illius Dedi-
catione pro more in maximum gaudium
omnes effusi sunt, nam pompa ambitiosa
hæc agi solebant, & necdum omnes anti-
quæ superstitionis reliquiæ aboleri pote-
rant, quod apparet ex Lege Theodosii
junioris, exinde post annos viginti duos
data, qua jubentur illa omitti, quæ Ido-
latriam redolebant.

*Pall. Dial.**Socr. VI.**c. 18. Soz.**VIII. c. 20.**Prosp. Chr.**an. 404.**Marcell.**an. 403.**L. un. de**imag. Imp.**C. Theod.**Lib. 15.**Theophan.**p. 68.*

Itaque occasione hujus argentei Eu-
doxiæ simulacri urbis Constantinopo-
litanae Præfectus, Religione Manichæus,
& semi-paganus, populum ad insolitam
lætitiâ excitavit. Choreæ ducebantur,
fescennini Ludiones dabant specta-

T 5

cula,

Sæculum IV. cula, inde secuti plausus & populi clamor.
A. C. 403. mores Sacerdotes Sacris operantes turbabant,

S. Joannes Chrysostomus plebis insolentiam non tulit; ea, qua solebat, libertate in hos abusus invehens, non eos modo, qui ista facerent, sed & qui fieri imperarent, increpabat. Offendit hæc constantia Imperatricem, quæ statuit aliorum contra S. Chrysostomum Concilium convocare. Ipse de orationis severitate nihil omisit, & dicitur in illo fervore pronuntiassse celebrem orationem, cujus initium erat: *furit hodieque Herodias,* &

to. 7. ed. A. tium erat: furit hodieque Herodias, &
to. 6. ed. P. postulat sibi Joannis Caput. Habemus

quidem sermonem, qui in hæc verba incipit, estque in fæminas invehens; S. Chrysostomi opus esse non creditur. Ut ut ista se habeant, nova in eum exorta est tempestas. Cum ejus Adversarii modum rei gerendæ nescirent, Alexandriam miserunt, qui Theophilum consulerent, rogarentque, ut rediret, & facti Ducem se præberet, aut saltem instituendi judicii argumentum suggereret. Theophilus Constantinopolim secundo ire non ausus, memor, quam ægre periculum evasisset, tres misit Episcopos, Paulum, Pemen, & tertium, nuper ordinatum, eisque Canones Concilii Antiocheni, in Dedicatione anno 341. celebrati, ferendos

Pall. Dial.
p. 76.

Sup. XII. dedit.
s. 19.

Post-

Postquam Episcopi isti advenerunt, ^{Sæculum V.}
 omnes Metropolitæ, aliosque Episcopos ^{A.C. 403.}
 ex Syria, Cappadocia, Ponto, & Phrygia ^{Pall. p. 77.}
 convocatos, Constantinopoli congrega-
 runt. Inter præcipuos, qui adfuere, me-
 morandi sunt Leontius Ancyranus ex Ga- ^{Socr. VI.}
 latia, Ammonius Laodiceus ex Pisidia, ^{c. 18. Soz.}
 Acacius Bereensis, Antiochus Ptolemai- ^{VIII. c. 20.}
 denus ex Syria, & Brison Philippopoli-
 tanus ex Thracia. Ubi Constantinopoli
 præsentibus fuere, ne, ut ceteri antea,
 errarent, cum S. Joanne Chrysostomo
 communicarunt; id vero Aulæ Cæsareæ
 displicuit. Cumque Festa Nativitatis
 Domini advenissent, Imperator, ut prius
 solebat, in Ecclesiam non processit, sed
 Joanni indicari jussit, se cum eo non
 communicaturum, antequam ea, de qui-
 bus accusabatur, diluisset. Theodorus
 Tyanæus cum ceteris Episcopis Con-
 stantinopolim venerat, at dum vidit,
 contra S. Joannem fuisse conjuratum, in-
 salutato hospite, ad suam Ecclesiam re-
 diit, atque usque ad ultimum in Commu-
 nione S. Chrysostomi, & Ecclesiæ Roma-
 næ perstitit. Econtra Pharetrius Cæsarien-
 sis in Cappadocia, domo sua non egres-
 sus, per litteras S. Joannis inimicis jun-
 ctus est.